



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

Exaltatio S. Crvcis. 14. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

ultima moribundi ad astantes illa vox perhibere cogitarent, quas generent animas, pretioso, ab! nimirum bytro, Christi sanguine emptas esse. O juvenis Parthenia, etiam tu animo hæc voveres! Tantillo animas non venderes. Ex Suvio.

Quomodo redamabis, anima, vite tua gratissimum largitorem, largissimum administratorem, piæ consolatorem, sollicitum gubernatorem, copiosum redemptorem, æternum conservatorem, ditatorem, glorificatorem? S. Bern. op. de Char. c. 5.

EXALTATIO S. CRVCIS.

14. Septembris.

SI minus bellare feliciter, certè prædari novæ COSRHOAS, qui cum captam totius Hierosolymam ipse etiam cepisset, prædam nimirum quantum magnam Crucem Servatoris in Persidem asportavit. Doluit Christianus Imp. Heraclius spolia hæc Christianis detracta esse, & cælo auctore armis commune omnibus Christianis dedit aggressus abolere, ternas copias COSRHOAS totidemque Duces felici Marte devicit, fortissimè Christianis utpote pro signis suis dimicantibus. COSRHOAS dum fugâ Tigrim trajicit, socium regni filium minorem Mardesam sibi adsciscit. Id maximus natu Syroës impatienter ferens, gemino parricidio & fratrem & parentem sustulit, patremque regnum cum Heraclio pro cruce est stultissimus mercator. Hanc porò Heraclius cum imperatorio habitu fulgens eò ferre vellet, quò perimò Servator tulerat, nec tamen, occulta vi gradum morante, progredi jam posset, monuit Presul Zacharias fastum ponere & aurum nimis ani-

mo onerosum; nescire crucem purpuram, nisi
 que de Christi sanguine ruberet, sed neque co-
 ronam nosse, quam spinæ non ornarent. Aliter ex-
 go triumphandum sibi esse intelligens Heraclius,
 nudus pedes & plebejam togam indutus facile jam
 pedem promovit, & sublimem crucem loco suo
 & honori restituit. Hæc EXALTATÆ CRUCIS fe-
 sta initia ajunt. Nego ego, cum bona pace He-
 raelii, ea Christo primitus adscribo. Ex Brev. Co-
 Baron.

*In tuere ne mortiferam crucem efficias, in qua a fa-
 cias Filium Dei amaris doloribus interire: superbia
 superius, inferius luxuria; à dextris prosperatio ini-
 quitatis, à sinistris a universitatibus desperatio. Spinæ
 clavos & lanceam Filio Virginis representant. S.
 Pet. Dam. ser. I. de Exaltat. S. Crucis.*

S. RICHARDVS ABBAS, 25 Septembris.

Ingens duellum matrem inter & patrem felicif-
 lime RICHARDVS sustulit. Dum enim hic mili-
 tia, illa Deo devotum vellet filium, hic pulchræ
 litis arbiter, ut ex æquo rem componeret, utrum-
 que præstitit, & ad militiam abiit, sed religiosam
 & Deo sacram. In hæc cum egregiè diu adversus
 Orcum depugnasset, & in fundo paterno victri-
 ci VIRGINI ædem, hoc est, & propugnaculum sibi
 edificasset, Dux demum nongentis monachis
 datus est. Inter fortia ejus facta memorant in fu-
 gam actum non semel hominum hostem, sive
 crucis telo, cum arbore dejectâ obruere Christi
 milites vellet; sive aquâ lustrali, cum hæc omni-
 bus suorum cubiculis exegit. Post multas maxi-
 masque pugnas beatam vocationem tandem pro-
 pitiis à Deo petiit. Annuit hic & Angelum bonum,
 misit